



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 13. Maximi Clades & Exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. temporibus, & raro conspiciebat. Ho-
 A. C. 386. spitium ædificari, iis, qui ad se ex Regio-
 nibus remotis adveniebant, non abnuit.

*Aug. de cura
 pro mort.*

Cujusdam Tribuni uxori, quæ virum vi-
 dendum summo tenebatur desiderio, in
 somno apparuit. Cujusdam Senatoris
 uxori per oleum benedictum, quo tres
 continuos dies oculos illinivit, visum re-
 stituit. Ita quippe misso oleo ægrotos
 curabat, nec eos ad se adduci patieba-
 tur, ut ostentationis speciem vitaret.
 Sæpius, an copiosius, vel parcius aquas
 in agros effusus esset Nilus, prædixit,
 ex quo soli fertilitas in Ægypto depen-
 det. Hunc igitur S. Anachoretam Impe-
 rator Theodosius de Belli contra Maxi-
 mum suscepti fortuna consuli iussit; re-
 spondit, victorem fore. Sæpe etiam incur-
 siones Barbarorum prævidit, & modum,
 quo repellendi essent, edocuit. Tandem
 Theodosium morte naturali solvendum
 prædixit.

§. XIII.

Maximi Clades, & exitus.

Chron. Cod. Theodosius Imperator Thessalonica in
Theod. Zof. Pannoniam velociter agmen movit,
l. 4. p. 770. & duobus præliis Maximi copias, suis
Pacat. pa- numero superiores, devicit. Alpes ne-
neg. c. 34. 35. mine obstante transgressus, Maximum
Est. c. 43. Aquilejæ capit, urbemque sibi patentem
Prosp. Chro. intrat. Maximus a suis proditus, pur-
an. 389. pura

pura privatur, nudis pedibus, manibus-
 que ligatis ferme tria milliaria extra ur-
 bem ad Theodosium, & Valentinianum
 adducitur. Theodosius victo Tyranni-
 dem, & atrocia crimina paucis objecit;
 dumque deliberat, an Clementiæ vel Ju-
 stitiæ locum daret, milites e conspectu
 ejus abreptum, capite truncant, quinto
 Calendas Aug. id est, vigesima octava
 Julii hoc anno 388. Maximus ferme an-
 nos quinque post occisum Gratianum im-
 peraverat. Paucos post hæc dies Arbo-
 gastus Comes, quem Theodosius in Gal-
 liam miserat, juvenem Victorem, Maxi-
 mi filium, apprehensum, vita exuit. In-
 terea Andragathius inter Maximi Duces
 promptissimus, Gratiani interfector, ma-
 ria inter Græciam, & Italiam cum classe
 tenebat; is, accepto funestæ cladis nun-
 tio, ut erat armatus, e Prætoria in mare
 profiliens, fluctibus haustus est. Hic fuit
 exitus belli, quo non multum sanguinis
 fusum. Theodosius, Aquilejam ingres-
 sus, in Italia usque ad annum 391. per-
 mansit.

Sæculum IV.
 A. C. 388.

Socr. V. c.
14. Sozom.
VIII. c. 14.
Idac. fast.

Sup. XVIII
§. 28.

Oros. VII.
6. 35.

Dum hæc ibi geruntur, fallax præ-
 lii fama Constantinopoli spargitur, quo
 Maximus victor existisset, jamque cæ-
 sorum numerus inibat. Arianorum in-
 vidia, quod Catholici Ecclesiis potiren-
 tur, fabulam confirmabat, factumque, ut
 non nulli, qui hæc narrari audiverant,
 apud

Socr. V. c.
13.

Socr. V.
c. 13.

Sæculum IV. apud ipsos mendacii auctores, vera esse, quæ audivissent, contenderent. Eo us-

A. C. 388. que Arianorum furor prorupit, ut Episcopi Nectarii domum concremaverint.

Ambr. ep. 40. n. 13. At brevissimi fuere hujus Seditionis motus; Arcadius, qui Constantinopoli remanserat, quamvis & ipse offensus, pro-

fontibus apud Theodosium Parentem intercessit, & veniam obtinuit. Legem tamen Theodosius tulit, & Arianis prohibuit, ne quodam Rescripto, quod a se obtentum fingeant, se tuerentur; quia autem hæc lex data est hoc anno, nona Augusti, devicto jam Maximo, merito hujus Seditionis occasione edita creditur. Ariani Constantinopolitani Episcopum habebant Dorotheum, antea Antiochiæ hoc inter ipsos munere functum, nam Demophilus diem clauserat anno 386. tum ex Thracia ejusdem Sectæ Episcopum accessiverant, qui defuncto succederet, sed cum satis idoneum non judicarent, paulo post ei Dorotheum suffecerunt. Hinc schisma sequenti tempore inter Arianos ortum.

L. 16. C. Th. de hæc.

Soer. V. c. 12.

§. XIV.

Synagoga in Oriente incensa.

Paul. n. 21. Amb. ep. 40. n. 6. ep. 41. n. 1. Aquileja Imperator Theodosius Mediolanum venit, ubi hyemem transegit, in ea urbe usque ad mensum Majum anni sequentis 389. moratus. S. Ambrosius